Salue Vadiane amicissime: Prouocatus pluribus Literis Mirari satis
nō possū, sigaliona siue harpocratē, siue Angeronā, siue Amicleos,
ut ranas Seriphias & pythagoricorū scolā omitam, te usqueadeo
diligere, imo tantopere venerari, quo mei pulsus amor? Quid
tantaleū poculū excitatū? nū mei te tedet, nū emporeticę
cartę te penitet, num sepia nulla tibi? Nā nedū literas
sed ne elementū hactenus abs te accepi: quo fit ut merito
rusticitatis arguā, dicasque imprecer: quippe si te mei amantē
cognoscerē, taceo Lacedemoniorū: Histiei, et Cleomenis filię
in abscondendis epistolis, ut herodotus in Terpsicore & polyhymnia,
gellius quoque noctibus atticis aiunt memorabile inuentū: crebertimas subinde
epistolas, nec Laconicas uiderē, sed indulgendū est forte: incurię
penurię, querantisque fidei tabellionibus, fateor: oro tamē rei nulla
(nō dico aegyptiacę arundinis) papyri te necessitas abducat, frequēt
mecū agas, idque erit fecunde rescura, mutuum muli scabunt,
ut enim olim sepe corā, ita absens solacio eris: nec me
latere obtestor tibi persuasū sit, si quid illic a fura noui
parturiet, uel quod learad studiosos afficit, uel quod
nouarū rerū cupidis cordi est, ego identidē faciā, si quid
est, cuius maxime auidus es, prestandū a nostratibus: ceterum
morē gerā: tu interim Valeas feliciter, Mihique patronū
virum doctissimū georgiū Tanstetter: cui (ut relatu accepi)
Mithus e multis scita venus alma puellā,
Legit, ut optata prole beatus agat,
me perpetuum offero mancipium, salutes adprime oro: meosque
calcographos amatissimos: me aut cursus ~~[illegible]~~ obuolutū nihil
at compulsū: ut credo insperato incidebis Ibi Vale doct
albe Julie: die 17 Aprilis Anno dn̄i 1513

Magister Adrianus Vuolfhardus
poeta philosophus: ad oīa Vota
promus:

M. Georgius Tanstetter maximam
apud nrates hoc anno laudem sibi
suis ephemeridibus comparauit:

Doctiſsimo musarum antiſti-
-ti: phiſices professori
Joachimo Vadiano
in Aedibus divi hierony-
-mi habitanti: amiciſsimo
patrono et Amico